

prizandus. Si tamen hoc non constaret, esset dicendum: Si non es baptizatus, ego te baptizo.

XIII. Ufus formæ conditionalis primum obtinuit in administratione sacramentorum quæ iterari nequeunt. Hoc colligitur ex indicatis monumentis, in quibus solius baptismatis, aut confirmationis, aut ordinis mentione fit. Vix reperitur vestigium formæ conditionalis ante Tridentinum in aliorum sacramentorum administratione. Post Tridentinum plures Auctores defendunt usum formæ conditionalis etiam in administratione sacramenti penitentiae. Revertunt Clementem VIII. hominem labentem e fabrica Vaticani, abolivisse hæc conditione: *Si es capax, absolvo te* &c. Hominem inopinato morbo correptum, qui nullum edere signum, animi contritionem manifestans, valet, absolvi posse sub conditione, nec ipse negare adeo. Extra necessitatem extremam calum usus formæ usum in administratione sacramenti penitentiae ego non probo. Confessarii nonnulli, quoties dubitant de penitentis dispositione, sit ne sufficiat contritus, abolvere eum sub conditione solent. Mos ille mihi minime probatur, tum quod nullum in antiquitate vestigium formæ conditionalis in istius sacramenti administratione; tum quod formæ sacramentorum a Deo ipso instituta, & prædestinate nullo modo alterari debent, neque verborum additione, extrema necessitate sublati. Si enim penitens compos sui fit, & dubitatio oritur, impertita ne absolvo sit; novum ecat doloris actum, & denuo peccata confiteatur, & absolute absolvo: quia tum non iterari idem novum sacramentum, etiam illi data prius absolvo fuisset; sed novum sacramentum administratur. Quoniam hæc eadem sint peccata, actus tamen penitentis, qui sunt proxima sacramenti materia, idem non sunt. Si dubia sit possessio penitentis sani, inique compos; tunc instruat, & differat absolvo, donec dupolitus prudenter cognoscatur. Pures Confessarii, quorumdam Calosillarum læsiones decepti, quoties dubitant, sint ne adolecentes, aut peccatores communitate prava deprinchi dispositi nec ne, ut sibi caveant, & rem in toto collocent, continuo conditione adiecta, *Si capax es, eisdem absolvo*. Porro qui sine extrema urgente necessitate altera formam a Christo institutam, maxime in iuriarum institutioni, qui absolvitur, non conditionales formas inlicit, irrogat. Cauti ergo sint sacri ministri, & dum industria, ac labore instruat, & disponent penitentes suos possunt, non

adeant formæ a Christo Domino præfinitæ quidquam adiciere. Verum plura de his in tractatu de penitentia.

CAPUT VII.

De sacramentorum evangelicæ legis numero, & dignitate.

I. Sacramentorum numerum, & dignitatem sacrum Concilium Tridentinum definit *sess. vii.* & ad numerum quod attinet, hæc formæ canonem 1. his verbis conceptum. *Si quis dixerit, sacramenta novæ legis non fuisse omnia a Iesu Christo Domino nostro instituta, aut esse plura, vel pauciora quam scriptum, et dixerit Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Penitentiam, extremam Unctionem, Ordinem, & Matrimonium, aut etiam aliquod horum septem non esse vere & proprie sacramenta; anathema sit.*

II. Adversus hunc septenarium numerum primo Lutherus, post Calvinus, deinde Lutherani, & Calviniani omnes, agmine factio, conclamantur ad arma, & de more, non modo contra catholicum dogma, verum etiam contra semetipsos bellum excitant intertinum. Reiecta quippe firma veritatis regula, Ecclesie scilicet auctoritate & iudicio, continuo dispersi & confusi, linguis ex ingenio sacramentorum numerum diminuerunt, auxeruntque. Lutherus primum unum solum, post duo admisit sacramenta; immo *lib. de Captiv. Babylon.* aperte restat, se non damnare septem sacramenta; sed ait, illa ex divinis Scripturis probari non posse. Angli sub Henrico VIII. septem admisit sacramenta, ut ipsorum hæreticorum testimonium *Cl. Bossuetus demonstrat lib. VII. Hist. variat.* Lutherani in *Apolog. Confess. Augustan.* ad *ser. 13.* tria admittunt sacramenta, *baptismum, confirmationem, absolutionem.* Brennus, & Melancthon tria, Lucas Lollius quatuor recipiunt. Hugo Grotius *Tom. I. pag. 608.* inquit: *Sacramentorum sex quædam sunt per se latius patet, præter tamen strictius sumpsit ad septem illos adus externos interna significantes referri, quarum quævis in Scripturis est mentio, ut Baptismi Matth. xxviii. Marc. xvi. Confirmationis Act. viii. Eucharistie Matth. xxvi. ... Ordinationis I. Timoth. iv. Penitentia Matth. xxviii. I. Cor. v. ... Matrimonium Ephe. v. Unctionis infirmorum Marci vi. Iacobus. Emittentur hæc ex quo iterum more sacramenta hæc possunt, illa septem agnoscamus & Lutherus, & Melancthon.*

III. Communis hodie hæreticorum sententia, tam Lutheranorum, quam Calvinistarum, duo tantum recipit sacramenta, baptismum, & Eucharistiam. Calvinus in *Antidoto* contra 1. *can. Trident.* more suo negatur. *Volunt, inquit, septem a Christo instituta esse sacramenta. Cur ergo non ipsum iubebant institvere? Nobis cur succenseant, nihil est caussæ. Ipsa arguendi ratio, non succendendi Calvinio, sed illius cecitatem legendi, causam præbet. Duo ille sacramenta admittit. Cur non iussit ut illa instituerentur? Septem nos numeramus sacramenta, quia totidem Christus instituit. Martinus Chemnitius in *examini. Concil. Tridentini part. 2. ad 1. can.* Calvini vestigia premit, contra hæc septenarium numerum effutans, Tridentinos Patres statueri *sive omni probatione talia sacramenta in N. Testamento non esse plura, vel pauciora quam septem; cum expresso septenarii numeri nec in Scriptura, nec in tota veteri & priori antiquitate demonstrari possit.* Ostandat Chemnitius cum suis Lutheranis expressionem binarii numeri in Scriptura divina reperire. Res numeratas septenario numero in Scripturis sanctis peripicue a Deo institutas reperiri ostendimus, & hoc satis nobis est ad obttruenda Lutheranorum, & Calvinistarum ora mendacia, & impolitum, quemadmodum ceteri, mendacis, & impolitum de more contra Catholicos bellum gerit. Congruentias quas Theologi nostri cum S. Thoma assignarunt divinis institutionibus, antequam Lutherana secta e tenebris erumperet, Chemnitiusilaterat esse rationum momenta quibus adstruimus sacramenta nec plura, nec pauciora esse quam septem. Hæc autem est pudissima calumnia: nam omnes Theologi catholici ex duplici fonte eruant hæc sacramentorum numerum, neque ex divinis Scripturis, & perenni omnium Ecclesiarum traditione. Deinde, demonstrato factio, Christum tempore reipæ deum instituisse sacramenta, quædam huius divinx institutionis congruentias explicant.*

IV. Obvia autem sunt Scripturarum testimonia, quibus hæc septem sacramenta a Deo instituta esse evincimus. Non est quod rescribam baptismatis, & Eucharistie institutionem: cum & ipsi novatores hæc duo sacramenta instituta a Deo confiteantur. Sacramentum confirmationis declarat S. Lucas Act. viii. his verbis. *Nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Iesu. Tunc imponebat manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum.* Institutum sacramentum peni-

tentia legitur Ioann. ix. *Sicut misit me Pater & ego mitto vos. Hæc cum dixisset, insufflavit, & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt.* Sacramenti extremae unctionis institutionem exponit S. Iacobus epistol. catholica cap. v. *Infirmum qui in vobis inducat Presbyterus Ecclesie, & orent super eum, unguentes eum oleo in nomine Domini; & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus; & si in peccatis sit, remittentur ei.* S. Paulus I. ad Timoth. iv. sacramenti ordinis meminit. *Noli negligere gratiam que in te est, que data est tibi per prophetiam, cum impone manuum Presbyteri.* Postremum idem Apollolus matrimonii sacramentum luculentè proponit ad Ephe. *Propter hæc relinquit homo patrem, & matrem suam, & adheret uxori suæ; & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magna est; ego autem dico in Christo, & in Ecclesia; est; ego autem dico in Christo, & in Ecclesia;*

V. Bilaterat Lutherani, & Calviniani, ex recentibus divinis Scripturis colligi tantum sacras esse ceremonias, hæc sacramenta, que ibi descripturæ. Sed hæc sunt consuetæ illorum estigia. Quis iudex sedebit, qui germanum transcriptorum textum sentium definit? Apostate Lutherus, & Calvinus? Pudet perdulces homines tribunal erigere adversus universam Ecclesiam. Perennis Ecclesie traditio nos certos reddit, vere & proprie sacramenta loc. cit. descripti: quod brevissime evincio.

XI. Et primum, tempore quo Lutherus, & Calvinus nefariae secessionis vexillum explicarunt, universa Ecclesia catholica, sive occidentalis, sive orientalis dogma protestante septem sacramentorum. Ad occidentalem Ecclesiam quod attinet, vel ipsi hæresarchæ fatentur, septem sacramenta hæc admisisse, inveda, ut ipsi garrunt, ab otiosis Monachis, antiqua fide reiecta. De orientali res quoque comperta est. Edisserant novatores, quo tempore, in quo Concilio Ecclesie Græcae litem super septenario sacramentorum numero Ecclesie Latine intentaverit. Numquid Græci perpetuum silentium transverasent, si in hoc puncto ab illorum Ecclesia Latini discedissent? Quid quod non minus Græci quam Ecclesia occidentalis novatoribus nostris improprietatem errorem negati septenarii numeri sacramentorum? Nam Hieremias Patriarcha Constantinopolitanus ad *Confessionem Augustanam* sibi missam a Theologis Vittembergensibus, hoc præbuit responsum, ut habetur *Tom. I. Perp. Trib. Lib. I. cap. 111.* his verbis conceptum. *Ceremonias*

facras & sacramenta in Ecclesia catholica & Christianis orthodoxis recepta, numero septenario contineri: Baptismo nimirum, unctioe divini chrismatis, communcione divina, Ordinatione, Matrimonio, Penitentia, & oleo sancto; sicut septem sunt dona Spiritus sancti, ut loquitur *Matias*; ita septem esse sacramenta, quae Spiritus sanctus operatur, nec plura, nec pauciora. Hoc responsum, datum anno 1677. Lutheranorum, qui in proprias trahere partes omni adhibita arte perentiariter dictum Patriarcham, audaciam repressit, eorumque haerem luculentius declaravit.

VII. Calviniani anno circiter 1625. Cyrillum Luchari Patriarcham Constantinopolitanum, vestium & morum corruptione obicium nominis hominem, propria haerese lae de binario sacramento infecere. Ab eodem fidei confessionem extorserunt, in qua art. 15. testatur, Græcorum *perpetuam*, & *consistentem esse doctrinam, duo tantum sacramenta, Baptisma, & Eucharistiam, a supremo Legislatore Christo sancta. Continuo ac Clerus Constantinopolitanus recitavit, formulam hanc cancellum a versuto Patriarcha evulgatam, vocem contra eandem exaltavit, & eisdem Cleri nomine Gregorius Correllius Chius contrariam catholicæ fidei formulam opposuit; quam postea Gregorius Protosyncellus publici iuris fecit anno 1635. In hac declaratum est, septem esse novi testamenti sacramenta, consentiente anno 1635. ipso Cyrillo Lucari, ut universale Græcorum odium declinaret. Demum, Cyrillo et vivis sublato, Concilium Constantinopolitanum anno 1658. congregatum hæc statuit; *Anathema Cyrillo nova dogmata fabricanti, & credenti non esse ex institutione Iesu Christi, neque ex Apostolorum traditione, praxique perpetua septem Ecclesie sacramenta, Baptismum scilicet, Chrismata, Penitentiam, Eucharistiam, Sacramentum, extremam Unctionem, & Matrimonium; sed falso assente duo tantum a Christo in Evangelio date esse, aut instituta, Baptismum, & Eucharistiam.* In altera Synodo Constantinopolitana anno 1642. Cyrilli confessio proscripta est, quod Calvinianorum errorem continebat. *Eo quod* (inquunt Patres art. 15.) *quintus Ecclesie sacramenta respiciet, Sacramentum, sanctum Chrismata, extremam Unctionem, Confessionem, quæ penitentia fit, & honorabile Consilium, quæ ad nos antiqua traditio, tamquam res sacras, transmisit divina gratia efficiet.* In eundem Cyrillum anathema dixit Synodus Hierosolymitana, sub Patriarcha Dositheo habita anno 1672. cap. v. his verbis. *Cyrillo dog-**

matizanti, & credenti non esse septem Ecclesie sacramenta, videlicet Baptismum, Confirmationem, Penitentiam, Eucharistiam, Ordinem, extremam Unctionem, & Matrimonium, iuxta Christi dispositionem, Apostolorumque traditionem, nec non & Ecclesie consuetudinem; sed mentienti duo tantum a Christo tradita fuisse, Baptismum scilicet, & Eucharistiam.... anathema. Huc tandem Lutheranorum, & Calvinillarum artificia reciderunt, ut inde audirent suæ haeresei damnationem, unde laurum fraudum vi approbationem sperabant.

VIII. Quod apud omnes unum inventur, non est erratum, sed traditum, axioma est Tertullianicum. Utraque Ecclesia, orientalis, & occidentalis, septem professa est sacramenta faculo quo proderunt Lutheranis, & Calvinianis. Ab illis perceptantur, quando, & ubi innovata ceperit. Innovavit Lutherus, & Calvinus dogmata istud. Reclamant continuo utriusque Ecclesie Catholici omnes; & in eisdem anathemata intorserunt. E contrario Catholici, Itali, Galli, Germani, Hispani, Angli, Græci, ceteri catholici, tum schismatici, Copti, & iacobitæ, Nestoriani per universum christianum orbem dispersi, obliterato dogmate binariæ fabricant, quod feculo iv. iuxta Calvinum obtinuit, unanimi consensu novum septem sacramentorum dogma fabricarunt. In tanta nationum diversitate, in tanta Catholicorum, hæreticorum, schismaticorum multitudine, nemo unis reclamavit? Nullum in universa retro antiquitate tante innovationis vestigium? An si Romani Pontifices in Ecclesia Latina hoc sacramentorum numerum ex binario ad septenarium amplificasset, obmutuissent Græci, Latinis insensibilis? An hec luculenter non constat Lutheranos, & Calvinianos manifeste delirare, dum istius dogmatis variationem nobis exprobrant? Aut ergo desinent tempus, auctoreque cuiusmodi mutationis, aut tandem insanire adversus catholicam Ecclesiam desinant.

IX. Catholicam veritatem confirmant tum Eucologia Græca, quorum plura edidit P. Iacobus Goar, tum Ritualia Ecclesie Latine. Accedit perpetua SS. Patrum traditio, quorum testimonis missis, brevitate gratia, loca tantum indicabo. Tertullianus *Lib. de resurrectione carnis cap. vii.* Baptismum, Confirmationem, & Eucharistiam; & *Lib. de prescrip.* cap. xli. Ordinis sacramentum recenset. Sed illud est advertendum; Patres non semper enumerare omnia septem sacramenta; sed illa dumtaxat quorum mentio argumento quod tractabant, opportuna erat. Si ergo

evin-

evincamus, Patres modo unum, modo alterum commemorare, adeo ut nullum sit certum illi non mementur; victoriam adversus novatores obtinimus. S. Cyprianus *epist. lxx.* prater Baptismum & Eucharistiam, sacram christa commemorat. *Origines, Tertullianus, Pacianus, Ambrosius, Chrysostomus, Hieronymus, Augustinus, & ceteri Penitentiam esse sacramentum aperte testantur. S. Augustinus Baptismum, & Eucharistiam epist. lxx.* Confirmationem *Lib. III. contra litteras Pelitiani Donatista cap. x.* Penitentiam *Lib. V. de Baptismo cap. xx.* Ordinem *Lib. II. contra epist. Parmen. cap. xiii.* numerat, & vera sacramenta esse testatur. Et Matrimonium sacramentum esse docet *Lib. de bono coniugali cap. xviii.* Sacramenti extremæ unctiois meminerant Innocentius I. *epist. ad Decentium,* & S. Ioannes Chrysostomus *Lib. III. de Sacerdario cap. vi.* Mementur ergo novatores, dum estant, altum esse septem sacramentorum silentium apud antiquos Patres.

X. Congruentes rationes assignat S. Thomas III. *Part. quæst. lxxv. art. 1.* cur nec plura, nec pauciora sint quam septem. Sacramenta duo spectant hominis perfectionem in his quæ pertinent ad cultum Dei, & eisdem a peccato curacionem. Septem autem homo indiget, ut hæc duo assequatur. 1. ut ad vitam spirituales regeneretur; & hoc obtinet per baptismum. 2. augeri, & roborari debet; & hoc augmentum confirmatio adfert. 3. alimentum indiget; & eucharisticum epulo nutritur. 4. si in morbum incidat, sanari debet; & per penitentiam amissa spiritualis vita restituitur. 5. virium imbecillitas instauranda est; & per extremam unctionem virtutes roborantur, sublatis peccatorum reliquiis. 6. dirigi, & imbuí debet in via spirituali; & per ordinem traditur potestas administrandi sacramenta, & evocandi sacras ceremonias. 7. per matrimonium tandem vir & mulier sancte coniunguntur, ut ex hac coniunctione filii Dei propagentur, & conserventur. Ex alio quoque capi septenarii numericonventientiam colligit. Nam Baptismus instituitur contra infirmitatem animi. Eucharistia contra animi proclivitatem ad peccandum. Penitentia contra peccatum actuale. Extrema unctio contra reliquias peccatorum. Ordo contra dissolutionem multitudinis. Matrimonium in remedium contra concupiscentiam. Tandem septem sacramenta ad septem virtutes animum preparant. Baptismus est sacramentum fidei, confirmatio spei, Eucha-

ristia caritatis, penitentia iustitie, extrema unctio perseverantie, ordo providentie, matrimonium temperantie. Insuperissime garrit Chemenius cum suis Lutheranis adversus harum rationum convenientiam, & de more impudenter mentitur, has rationes a nobis adduci, ut septenarii numeri sacramentorum institutionem probemus, quemadmodum supra indicavi.

XI. Quicquid 1. heterodoxi, sacram Scripturam numeri septenarii nobis meminsse. Sed iam responsum est, divinam Scripturam non nobis explicare sacramenta, quæ efficiunt numerum septenarium.

XII. Opponunt 2. Traditio Patrum numero septenarii sacramentorum adversatur. Immo pauciora esse desinunt. Primis Ecclesie feculis disciplina arcana obrinebat, occultandi videlicet sacra mysteria religionis nostræ. Porro duo tantum occultata sacramenta legimus, Baptismum, & Eucharistiam, ut habetur ex S. Augustino in *Psalm. cxi.*

XIII. Responso patet ex his quæ dicta sunt. Nam Patres numerum sacramentorum non desinuerunt, quia nulla tunc controversia de hoc numero habebatur. Quoties hæretici aliquid sacramentum negabant, continuo Ecclesie anathemata illo percutiebant. Nonne feculo III. damnavit Novatianus, quod neophytos non confirmarent; feculo iv. Manichæos, quod sacras nuptias improbant; feculo xiv. Wiclefistas, resistentes unctioem extremam; & tandem in Concilio Tridentino numerus septenarius definitus est, quia hæretici Lutheranis, & Calvinianis hunc numerum infestabantur, non sacramenta tantum visigebat, occultandi non sacramenta modo, verum etiam alia religionis nostræ mysteria. Sed negamus duo tantum occultata sacramenta fuisse. Idque addidit testimonio evincit Cl. Emanuel Seelerates *de Hist. disp. arcan. contra Tertullianum cap. II. art. 2.* S. Basilus *Lib. de Spirit. sancti cap. xxvii.* enumerat *omni institutionem* inter arcana Ethnicis occultata. S. Ioannes Chrysostomus num. xviii. in II. *Epist. ad Cor.* occultandum Gentilibus sacram ordinationem scribit: *Et acclamant ea quæ nota habent initiati. Neque enim sua est coram profanis cuncta detegere.* S. Augustinus illo ipso *Psalm. cxii.* plura quam duo commemorat sacramenta. *Munus sacramentorum in baptismo, in Eucharistia, in ceteris sanctis sacramentis.* Quod alibi duo commemorat, non excludit alia. Calvinus *Lib. IV. instit. cap. xviii. §. 2.* exaggerat locum S. Augustini *ex epist. ad Ianuarium* nunc *liv. offic. xviii.* delum-

B 4

pum

ptum. Sed more cavillatur homo verus. Ibi Doctor sanctus duo tantum precipua sacramenta commemorat, quia ibi controversiam non instituit de numero sacrorum signorum. Namquid Augustinus, & ceteri alii Scriptores ubique omnia numerare sacra symbola debent, dum unius & alterius, prout occaso fert, mentionem faciunt?

XIV. Sapienter more suo S. Thomas III. Part. quest. lxxv. art. 1. ad 3. ad oppositionem, petitam ex Dionysio Areopagita, seu ex Autore Libri de celesti Hierarchia, ubi tria tantum numerantur sacramenta, respondet, ibi tantum tractari de his sacramentis que in officio hierarchicis exercentur, consecratio nem quodam peculiari. Autor laudati operis meminit *sacri christiatis*, seu *sacri unguentis*, quod unum ex tribus esse sacramentis docet. Ergo perperam obtrudunt novatores auctoritatem Dionysii; cum ipsi & confirmationem, & extremam unctionem sacramenta esse negent. Pudere deberet homines qui severi ratiocinii callentissimos se iactant, tam ineptis argutationibus gravissimum causam agere. Sed hic est illorum perpetuus motus, dum ad verlus Catholicos disputant.

XV. Opponent 3. Magister Sententiarum primus omnium numerum septenarium sacramentorum invenit in IV. distinct. 11. Durandus a numero sacramentorum matrimonium excludit. Hugo Victorius de *sacram.* part. ix. pluraquam septem enumerat sacramenta.

XVI. Resp. oppositionem hanc luculentius patefacere novatorum desperat causam. Petrus Lombardus primus numerus sacramentorum septenarium afferit. Antea duo erant, & ille proprio Marte quingue sacramenta fabricavit eis? Et Ecclesia non reclamavit? Nulla natio, Theologorum nemo vocem extulit? Van commutatum potissimum, nec ancilla dignum. SS. Thomas, Boaventura, B. Albertus, & ceteri omnes, sive synchroon, sive hypars, sive proximi illius temporis scriptores unanimi consensu, Scripturam, & apostolicæ traditionis adductis testimonio, septenarium esse sacramentorum numerum, dilicentissime nemine, admittant. Ad Durandum quod attinet, falsum est illum negare, matrimonium esse sacramentum; immo conceptis verbis sacramentorum numero matrimonium accenset in IV. dist. xxvi. quest. 111. Tenendum est cum hoc determinet Ecclesia extra de heret. Ad abolendam, ubi enumerat matrimonium inter alia sacramenta. Ex eo autem quod Du-

randus addidit, matrimonium inferias ceteris sacramentis esse, causamque gratis effraicem non esse, inseritur dumtaxat illum in hoc turpiter errasse. Hugo Victorius loc. cit. asperionem aque benedictæ, sacros cineres, benedictionem palmarum, cererum, agnos benedictos, sacramenta, id est sacra ceremonias, appellat, ad augendam devotionem opportunas; ut ipse ibi cap. 1. exponit. Sunt quaedam sacramenta in Ecclesia, in quibus est principaliter salus non consistit, tamen salus ex eo augetur, in quantum devotio exercetur. S. Thomas III. Part. quest. lxxv. art. 1. ad 6. docet, aquam benedictam, & alias consecrationes non esse sacramenta, sed dispositiones quasdam ad sacramenta, que aut remouent obstacula, aut muniant contra demonum insidias, & peccata venialia. Lege ibi plura de Mariæ fide, caritate, & patientia partum sanctitatem martyri confert; at sacramentum non est, quia Christi institutione caret.

XVII. Quest. I. Utrum lotio pedum inter sacramenta numeranda sit? Resp. Falso inter rem hanc pertractant Bellarminus, Turnely, Boncarr, & alii plures aduersi novatores. Paucis ego argumentum istud perstringam. Olim in quibusdam Ecclesiis pedum ablutio præcedebat baptismi administrationem; nullibi tamen loco sacramenti habita est. Est enim in exemplum humilitatis instituta, ut habetur Ioan. xiii. *Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.* Aliqui Patres hanc lotionem sacramentum vocant in lata quodam acceptione, ut S. Ambrosius *Lit. de mysteriis* cap. vi. S. Bernardus *serm. 1. de cen. Domi.* Nam hæc sacra ablutio, ut a Christo instituta, non est solius humanitatis officium, quo hospites honorare antiqui solebant; sed est ritus sacer, & mysticus, quo humilitatis obsequia traduntur. Hæc pedum ablutio non excitat ad continuas preces, ad venialia culpataum absterionem frequentem, & ad vigilantiam contra irumpentes superbie, & concupiscentie motus. Sicut enim pedes per terram gradientes pulvere resperserunt, & nisi frequenter mundentur, lordescunt; ita anima nostra quotidie carnalium appetitionum exhalationibus maculatur; & ad viciorum ablu frequenter indiget. Hæc respiciens presati Patres, in ampla, & minus propria significatione hanc pedum lotionem sacramentum vocant. Audiamus ipsam S. Bernardum *serm. de baptisim.* ubi inquit: *Lavatur significatur in baptisimo, quia dicitur chromatographum demnationis nostre.* De pedum vero lotionem hæc

hæc subdit. *Et vade scimus quia ad abluendam peccata que non sunt ad mortem, & a quibus plene cavere non possumus ante mortem, ablutio ista perinet?* Ex eo plane quod offerunt manus, & caput ad abluendam, respondent manus, & caput ad abluendam, respondens lavet. Lotus enim est qui gravia peccata non habet, cuius caput, id est intentio, & manus, id est operatio, & conversatio mundata est. Sed pedes, qui sunt anime affectiones, dum in hoc pulvere gradimur, ex toto mundi esse non possunt, quin aliquando viciati, aliquando voluptati, aut curiositati erant avianus plusquam oportet. In multis enim offendimus omnes... Nemo perniciosa securitate dormit, declinans in verba malicie ad excusandas excusationes in peccatis... Hinc est quod in oratione quam ipse constituit, quotidie pro peccatis illis vultus nos orare. Ipsa quoque lotio delet vel ipsa venialia peccata, sed ad infirmitatem nostræ agnitionem excitat, ut precum frequentiam mandare ab eisdem foribus animam nostram ludcamus.

XVIII. Quest. II. Quis ordo, & que dignitas sit in septem sacramentis prestanda? Resp. Non omnes eandem in recensendis sacramentis ordinem servant. Aliqui Eucharistie penitentiam præmittunt, & ordini matrimonium. Sed ordo præcipuus a Tridentino, quem prius servaverat Petrus Lombardus, S. Thomas, Concilium Florentinum, optimus est, & ratioque congruentia a S. Thoma confirmata. Duplicem distinguunt Theologi ordinem, generationis, & dignitatis. Priorem ordinem perspicue S. Thomas explicat III. Part. quest. lxxv. art. 2. Ratio ordinis sacramentorum apparet ex his que supra dicta sunt... Nam sicut unum est prius quam multum; ita sacramenta que ordinantur ad perfectionem unius persone, naturaliter præcedunt ea que ordinantur ad perfectionem multitudinis; & ideo ultimo inter sacramenta ponitur ordo, & matrimonium, que ordinantur ad multitudinis perfectionem; matrimonium tamen post orationem, eo quod minus participat de ratione spiritualis vite, ad quam ordinantur sacramenta. Inter ea vero que ordinantur ad perfectionem unius persone, naturaliter sunt priora illa que per se ordinantur ad perfectionem spiritualis vite, quam illa que ordinantur per accidens, scilicet: ad remouendam accedens nocivum superueniens; posteriori tamen est naturaliter extrema unctio, que confirmat sententiam, penitentiam, que sacchar. Inter alia vero tria manifestum est quod baptisimus, qui est spiritualis regenera-

tio, est prius; & deinde confirmatio, que ordinatur ad formalem perfectionem virtutis; & postmodum Eucharistia, que ordinatur ad consecrationem finis.

XIX. Ad dignitatem sacramentorum quod attinet, Concilium Tridentinum contra novatores, præteritum Calvinitas, *sess. vii. an. 111.* constituit. Si quis dixerit, hæc septem sacramenta esse inter se paria, ut nulli ratione aliud sit alio dignius; anathema sit. Lutherani, & Calviniani paria omnia afferunt sacramenta, quod eodem modo fingunt, & nullum sacramentum in anima sanctitatem reipia operetur. Omnium sacramentorum excellentissimum Eucharistiam esse testatur Tridentinum *sess. xiii. cap. 111.* his verbis. *Commune hoc quidem est sanctissima Eucharistia cum ceteris sacramentis symbolum esse rei sacra, & invisibilis gratie formam singularem; verum illud in ea excellens, & singulare reperitur, quod reliqua sacramenta tum primum sanctificandi vim habent cum quis illis utitur; at in Eucharistia ipse sanctificatus auctor ante usum est.*

XX. Rationes valde congruentes istius dignitatis unius sacramenti præ alio assignat S. Thomas III. Part. q. lxxv. art. 3. quas isthuc transcribere opere peccatum existimavi. Dicendum, quod simpliciter loquendo sacramentum Eucharistia est potissimum inter alia sacramenta. Quod quidem tripliciter apparet. Primo quidem ex eo quod in eo continetur nam in sacramento Eucharistie continetur ipse Christus substantialiter; in aliis autem sacramentis continetur quaedam virtus instrumentalitatis participata a Christo... Semper autem quod est per essentiam, potius est eo quod est per participationem. Secundo hoc apparet ex ordine sacramentorum ad invicem. Nam omnia alia sacramenta ordinari videntur ad hoc sacramentum sicut ad finem. Manifestum est enim quod sacramentum ordinatur ad Eucharistie consecrationem; sacramentum vero baptisimi ordinatur ad Eucharistie receptionem; in quo etiam perficitur aliquis per consecrationem; ut non vreatur se subtrahere a tali sacramento; per penitentiam etiam, & extremam unctionem preparatur homo ad disgregandum corpus Christi; matrimonium etiam saltem sua significatione attingit hoc sacramentum, in quantum in significat coniunctionem Christi & Ecclesie, cuius unitas per sacramentum Eucharistie figuratur. Unde & Apostolus dicit *Ephef. v.* Sacramentum hoc inagnum est; ego autem dico in Christo, & in Ecclesia. Tertio hoc apparet ex ritu sacramentorum: nam fere omnia sacramenta in

Eucharistia consumantur, ut Dion. dicit c. 111. ecel. hier. sicut patet quod ordinati communicant, & etiam baptizati, si sint adulti.

Altorum autem sacramentorum comparatio ad invicem potest esse multiplex. Nam in via necessitatis baptismus est possessivum sacramentorum, in via autem perfectionis sacramentum ordinis: medio autem modo se habet sacramentum confirmationis: sacramentum vero penitentiae, & extreme unctionis sunt inferioris gradus a predictis sacramentis: quia ordinantur ad vitam christianam, non per se, sed quasi per accidens, scilicet in remedium supervenientis defectus. Inter que tamen extrema unctio comparatur ad penitentiam, sicut confirmatio ad baptismum; ita scilicet quod penitentia est maioris necessitatis, sed extrema unctio est maioris perfectionis.

XXI. Quae contra hanc angelicam doctrinam opponi possunt, confutat S. Thomas in argumentorum, quae ibi videri possunt, solutione.

CAPUT VIII.

De sacramentorum efficacia in producenda gratia. Varia quaevisculae resolvuntur.

I. Concilium Tridentinum sess. vii. can. 8. haec definit. *Si quis dixerit, per ipsa nova legis sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, sed solum fidem doctrinae promissionis ad gratiam consequendam sufficere, anathema sit.* Quoniam novatores Lutherus & Calvinus docent, sacramenta non aliud operari, nisi sensibilis representatione excitare divinarum promissionum fidem, quae homines apprehendunt sanctificationem; ut sibi contentent, praefatum canonem cavillari, de idere, & improbare coguntur. Error enim errorem parit, & qui semel a recta aberravit lemita, quo longius progreditur, eo in maiores se de trudit anfractus.

II. Calvinus in Anidoto ad hunc Tridentinum canonem haec evomit. *Hic vero non solum datur, sed etiam crassius impietatem & recens est, & ab indoctis Monachis eximiumque didicerant: nam in sacramentis proprie solus Deus agit: quia nihil illic homines suum assumunt, sed accedunt oblatum sibi gratiam recepturi. Recedes autem ista (tanquam comitate excipit Tridentinus Pater) in gratiis Dei donis reperiant aliquid hominis meritum...* Si concedatur illis quod possu-

lant, opere operato comparari gratiam in sacramentis, separatim a fide pars meriti, ut per se valeat sacramenti usus ad salutem. Atqui si de sacramento idem quod de verbo praedicandum est; nihil prodesse, nisi fide percepta, testis est Apostolus. Planum est Calvinum hoc loci docere, sacramenta nihil operari, merita esse externa symbola, quae fidem excitant, vi cuius homines iusti fiunt. Haec fidem verbum quoque divinum praedicatum excitat. Nullam ergo, ad effectum quod attinet, inter verbum divinum & sacramenta discernimus.

III. Commiseratione quadam digni essent caeci homines, si suis erroribus contenti, a calumniis contra Catholicos abstinere. At doctrinam in sacro Concilio definitam, manifeste mendacis corrumpant. Nam Philippus Melancthon in Confessione Augustana art. 13. haec Catholicis impingit. *Nam Philippus Melancthon, quae obruit doctrinam de fide, nec docet fidem in sacramentis requiri, quae creatur propter Christum nobis gratiam dari, sed fingit homines iustus esse propter usum sacramentorum ex opere operato, & quidem sine bono motu utentium. Efferuntur calumniam, honesto homine indignam, refellit vel ipse Hugo Grotius, doctus, gravis, prudens, & honestus Auctor, in adnotatis ad Callandrum pag. 621. ut prius animadvertit Cl. Magister Laurentius Berti Lib. XXX. cap. XIX. Haec sunt Grotii verba. Opus operatum intelligitur de efficacia ad honorandam Ecclesiam, & eius utilitate nobis communicandam, sacramentis attributa. Ceterum non negant Catholicis requiri ad salvatum usum in adultis fidem, & Dei amorem, & haec istum requiri, ut efficacia bono Deo salvis sit. In his omnibus nihil est controversiae, si dextera interpretatio accedat.*

IV. Martinus Chemnitius in 2. part. Exam. ad can. 8. Concl. Trij. cap. de opere operato, putidissimum advertere Catholicorum doctrinam confirmari incredibili prociacitate calumniam his verbis. *Haec est tandem illa Helena, cuius introducenda, ornanda, & stabilienda gratia, praecedentes canones omnes constituti sunt, ut scilicet commentum Scholasticorum, & quidem ipsorum verbis, stabilatur, & retineatur: sacramenta novi testamenti utentibus conferre gratiam ex opere operato, etiamsi in suscipiente non adit bonus interior motus, modo non ponat obicem.* Si vel unus Catholicorum tantum errorem impune sustineret, alicui impediti detrahendum calumniæ esset; at cum nec unus id aserat, omni ex parte mendacissimum se prodit Chem-

nitii-

nitius. Paulo post haec subdit. *Sed dicunt, nihil aliud ipsius disputationes de opere operato, & opere operante voluisse, quam sacramentum virtutem non esse ex ministerio operantis dignitate, seu merito assequendam, sed ex Dei auctoritate institutione, potentia, & operatione. Ipse enim est qui per externum ministerium operatur, ut sacramenta dicantur velle non ex opere operantis ministerii, sed ex opere operato...* Si enim hoc vellent Pontifici, quando de opere operato disputant, quia sententia vera est, nulla esset controversia. Deinde post plura audacius mendacia sua multiplicat inquiens: *Et vulgi opinionibus restantur, quomodo doctrina illa de opere operato, in Papatu tradita, accepta, & intellecta fuerit. Existimant enim abunde de salute prospectum externa exhibitione, & susceptione sacramentorum, quod quilibet de panitentia, & fide. Ita sane est. Valgus, talium impostorum praeiudici deceptum, tam horrenda errorum portenta a Catholicis doceri credit. Sed ipsum Concilium Tridentinum sess. XIV. cap. xv. calumniam illam refellit. Falso quidam calumniantur catholicos Scriptores, quasi tradiderint, sacramentum panitentiae, absque bono motu suscipientium, gratiam conferre: quod nunquam Ecclesia Dei docuit, neque sensit.*

V. Haec resere pretium opere exilimavi, ut confirmarem quae alias dixi, Lutheranos, & Calvinianos solis mendacis contra Catholicos bellum agere. Adeo enim luculenta sunt dogmata nostra, ut calumniis opus sit ad ea obfcuranda.

VI. Paucis exponenda est Tridentini Concilii doctrina, ut haereticorum calumniae lepides diliberent. Duplex producenda gratiae modus, videlicet ex opere operantis, & ex opere operato. Gratia ex opere operantis producitur, quando illam Deus confert insuper fidei, pietatis, seu meriti illius qui suscipit, aut administrat sacramentum. Ex opere operato gratiam produci dicimus, cum viget & efficacia ipsius externi signi sacramentalis, a Christo Domino instituti, & congruo modo homini applicati, praeter istius meritum, re ipsa producit. Necessario tamen requiritur ut homo sacramenta percipitur, fidei, & pietatis dispositionibus animam suam preparat. Quae dispositiones neque vim, neque efficacitatem tribuunt sacramentis, quae a Christo Domino omnem virtutem habent; sed removere dumtaxat obstacula quae efficaciam impediunt sacramentorum. Ad tam excellens opus producendum concurrunt Deus ut causa primaria; Christi passio ut causa meritoria; minister ut causa

ministerialis, coniungens materiam & formam; sacramentum ut causa instrumentalis: fidei vero, ipei, pietatis officia hominis suscipientis sacramentum, tanquam conditiones, dispositionive adimplere necessariae sunt. Quid carperet in hac doctrina novatores postulant? Hinc paucis delibatis, sequentem evincendo propositionem.

VII. Sacramenta novae legis ex opere operato producant gratiam. Quam propositionem definitum Concilium Tridentinum can. viii. supra relinquitur; eoque nullus declaravit can. vii. his verbis. *Si quis dixerit, sacramenta novae legis non continere gratiam quam significant, aut gratiam ipsam non potentibus obicem non conferre, quasi signa tantum externa sint acceptae per fidem gratiae, vel iustitiae, & nota quadam christianae professionis, quibus apud homines discernuntur fideles ab infidelibus; anathema sit.*

VIII. Sacramenta novae legis non solum tantum signa externa, sed signa efficacia, quae subiectam materiam consecrant, quorum virtute, a merito passionis Christi derivata, fideles exuto veteri homine remissionem obtinent peccatorum, innovant spiritum, regenerantur ad vitam aeternalem, & divinis exornantur charismatibus: quae omnia ex Scripturis sanctis uberrime declarantur. De baptismo Ioan. 111. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Item Apollolus ad Titum 111. *Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis, & renovationis Spiritus sancti.* Rursum ad Galatas 111. *Quicumque in Christo baptizatus est, Christum indultus.* Deano Ephel. v. *Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit semipsum pro ea, ut illum sanctificaret, mundando eam lavacro aque in verbo vitae.* Haec profecto testimonia luculenter evincunt, baptismum re ipsa gratiam conferre. De confirmatione Act. viii. dicitur: *Tunc imponent manus super illos, & accipiant Spiritum sanctum.* De Eucharistia Ioan. vi. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam eternam.* Et de penitentia item Ioannes cap. xx. *Quoniam remiseritis peccata, remittentur eis.* De extrema unctione Iacobi v. *Si in peccatis sit, remittentur ei.* De ordine S. Paulus ad Tim. iv. *Noli negligere gratiam quae data est tibi per prophetiam cum impositione manuum Presbyteri.* Matrimonium sua presentia Christus consecravit, ut gratiam conferre ostenderet.

IX. Accedit SS. Patrum traditio. Origenes hom. xvi. in Luc. 11. ubi asserit, parvulus

bapti-

baptizari in remissionem peccatorum; & per baptismum sacramentum naturitatis sorde deponi.

X. Tertullianus Lib. de retur. carn. cap. viii. Caro ablutur, ut anima emaculetur; caro ungitur, ut anima consecratur; caro signatur, ut & anima muniat; caro manus impositione adumbratur, ut anima spiritu illuminetur; & caro corpore Christi, & sanguine unctetur, & anima de Deo sagmetur. Plura similia scribit Lib. de baptismo cap. 1. 11. & 111.

XI. S. Cyprianus episcopus ad Donatum de baptismo scribit. Postquam unde generalis auxilium, superioris aui labe deterfa, in expiatum pectus ac purum de super lumen infundit; postquam calidus spiritu hausto in novum me hominem naturitatis secunda reparavit: mirum in modum proximus confirmare se dubia, patere clausa, lucere tenebra, facultatem dare quod prius difficile videbatur, fieri posse quod impossibile putabatur: ac esse agnovisse terrenum fuisse quod prius carnaliter natum, delictis obnoxium ciceret. Dei esse capisse quod iam Spiritus sanctus animaret.

XII. S. Basilus Lib. de spiritu sancto cap. xv. efficaciter baptismi sic scribit. Cum duo scopi propofiti sint in baptismo, videlicet, ut abolet corpus peccati, postea sanctificet mortem, tum ut vivat spiritu, & fructum habeat in sanctificatione. Hoc igitur est desuper nesci ea aqua, & spiritu, quasi mortificatione perficitur in aqua, vitam vero nostram operetur spiritus. Itaque si qua est gratia in aqua, non est ex ipsius aquae natura, sed ex spiritu praesentia.

XIII. S. Gregorius Nyfenus in orat. de bapt. Christi haec habet. Quare ne contemnas dromum lavacrum, neque id tanquam communi propter usum aquae parvi facias. Nam id quod operatur, magnum est; & ab illominabiles existunt effectus. Plura ibidem habet de sacramentis aliis, quae videri possunt.

XIV. Optatus Milevitanus Lib. V. adverte Parmeniam, Baptisma Christianorum, Trinitate consecutum, confert gratiam: si sepe iterum, facit vita scilicet.

XV. S. Cyrillus Alexandrinus Lib. XI in Ioan. Quemadmodum infusa lebetibus aqua, si admisceatur igni vehementi, vim eius accipit, ita spiritus efficacitate, sensibilibus aqua ad divinam quamdam, & ineffabilem vim transformatur, omnisque denum in quibus fuerit, sanctificat.

XVI. S. Leo serm. v. de nat. Dom. Dominus Iesus originem quam sumpsit in utero virginis, posuit in fonte baptismatis. Dedit aqua quod dedit matri. Virtus enim altissimi, &

obumbratio Spiritus sancti, quae fecit ut Maria pareret Salvatorem, eodem facit ut regeneret unda credentem.

XVII. S. Augustinus Lib. IV. contra Cresconium Donatillam cap. xvi. Non eorum meritis a quibus ministratur, consistit baptismum, sed propria sanctitate, atque veritate propter eum a quo institutus est, male utentibus ad perniciem, bene utentibus ad salutem.

XVIII. Recensita testimonia, pluribus aliis missis, quae referunt Bellarmino, Natalis ab Alexandro, alique Theologi nostri, perspicue evincunt, sacra symbola gratiam continere, & producere merito passionis Christi, non fidem tantum excitando, sed divina virtute operando. Porro dum Catholici docent, sacramenta producere gratiam ex opere operato, non aliud intendunt quam sacramentis vim inesse, & efficaciter remittentem peccata, ac sanctificandi animam ex Christi institutione.

XIX. Ratione theologica, praefata doctrina confirmatur. Sacramenta conferunt gratiam, non per fidem five ministrantiam, five suscipiendam sacramenta, sed seipsis. Ergo ex opere operato. Prima propositio adeo certa est, ut neque ipsi novatores negare eam valeant. Nonne ipsi cum Catholicis adversus Anabaptistas infantes baptizandos docent, ut regnum caelorum assequantur? Confert ne his baptismum gratiam? Si autem; ergo ex opere operato. Si negant; signum ergo mere externum baptismum est, distinguens populum fidelem ab infideli. Et sic Lutherani, & Calviniani evadunt Sociniani. Numquid adualem fidem in infantibus admittent novatores isti? An dicent, infantes baptizari in fidem Ecclesiae, suppletis illorum impotentiam? Sed fides Ecclesiae communis, & universalis est, quae applicari debet. A quo? A ministro? Finge, ministrum fidei carere. Fatentur quippe hereticox validum esse baptismum collatum ab heretico, a pagano, a mimo. A quo ergo fides illa applicatur? Ergo firmum manet, ipsum baptismum ex opere operato, seu vi quae virtus baptismi est in Christi et inel, gratiam producere. In adultis vero, ut sacramenta gratiam conferant, removenda sunt obfacula, & fides, spes, ac cetera pietatis officia praecedant oportet, quibus anima sese praeparet ad tantum donum suscipiendum.

XX. Opponent 1. Iustus ex fide vivit: Rom. 2. & rursus cap. iv. Creditur Abraham Deo, & reputatur esse illi ad iustitiam. Resp. Nungant, dum haec obtrudunt, fidem ad iustificationem adulorum necessariam esse, & Ca-

Catholici omnes docent. Quid heinc? Ipsa non sola iustificat? Ubina Scripturarum hoc reperitur? Adducant, si valent, novatores testimonium aliquod. Si fides sola iustificet, superflua sacramenta essent, cum excitari deus possit per solam verbi predicationem. Fidem alicuius necessariam. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit. Ambo requiruntur, & fides ut dispositio, & baptismus ut causa instrumentalis, quae virtute passionis Christi animam sanctificet. Insidunt, solum Deum esse causam gratiae; cum dicat Ioannes c. 1. Hic est qui baptizat. Resp. Solus Deus est causa primaria; sacramenta vero instrumenta. Deus, solus sacramentis, causam secundariam potest; at Deus sua infinita clementia adhibere sacra symbola, sensibus nostris accommodata, voluit, eaque virtute, & merito passionis Christi elevare ad gratiae suae productionem, animeque sanctificationem. Insistent in sacramentis conferendis absolute dicunt; Ergo te baptizo: Ergo te absolvo: quae loquendi formulae mendaces essent, nisi aliquid operarentur. Insidunt, Phariseos clamasse Matth. xi. Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Utrique solus Deus peccata dimittit, quia ipse solus est causa prima & princeps gratiae, & sanctitatis; ipse tamen utitur sacramentis, & ministris, tanquam causis instrumentalibus, ad eundem effectum producendum. Quorum remiseritis peccata, remittantur eis. Solus Deus sibi delegit hunc modum sanctificandi animas nostras. Quid ergo obgannunt?

XXI. Opponet 2. Patres sanctorum Patrum sacramenta vocant signilla, & pignora gratiae. S. Bernardus serm. de rex. Dom. inquit: Quare non iungitur Canonice per librum, Abbae per baculum, Episcopus per anulum, sic divisiones gratiarum diversis traditis esse sacramentis. Ergo iuxta S. Bernardum, quemadmodum liber, baculus, & anulus Episcopali signa sunt ipeccativa, sic quoque & sacramenta. S. Augustinus Lib. XIX. cont. Faust. cap. xv. scribit: Quid enim sunt aliud quae corporalia sacramenta, nisi quaedam quasi verba visibilia, sacrosancta quidem, veritatem mutabilia, & temporalia? Ergo, Augustino teste, sacramenta non aliter conferunt ad animae sanctificationem quam verbum concionatorum.

XXII. Resp. Iam supra dictum est, sacramenta res ipsae esse pignora, signa, signilla excellentium gratiarum, sed simul causas instrumentales gratiae, & sanctificationis. Allatur S. Bernardi testimonium exponit S. Thomas III. Part. quae. lxxv. art. 1. sicut & testi-

monium Augustini. S. Bernardus comparat sacramenta baculo, annuloque Episcopi, quatenus in ratione signi conveniunt; & ut ostendat diversa esse sacramentorum gratias; sicuti diversa sunt in Ecclesia dignitates. Quare S. Thomas post allatum S. Bernardi auctoritatem, haec scribit. Dicendum quod duplex est causa agens, principalis, & instrumentalis. Principalis quidem per virtutem suae formae, cui assimilatur effectus... Causa vero instrumentalis non agit per virtutem suae formae, sed solum per modum quae movetur a principali agente... Et hoc modo sacramenta novae legis gratiam causant. Adhibentur enim ex divina ordinatione hominibus ad gratiam in eis causandam. Unde Augustinus dicit XIX. contra Faustum: Haec omnia (scilicet sacramentalia) sunt, & transmittunt virtutem tantam (scilicet Dei) quae per ipsa operantur, iugiter manet. Hoc autem proprie dicitur instrumentum, per quod alius operatur: unde & Tit. 11. dicitur: Sacerdos nos fecit per lavacrum regenerationis. S. Augustinus loc. cit. significat, quatenus signa sunt, quae significant aut Christum venturum, aut Christum natum, passum, & mortuum. Sacramenta veteris legis Christum futurum portendebant, Christo nato, mutata sunt: quia non venturum, sed iam advenisse repraesentant. Haec est rota mutatio quam in adducto testimonio S. Augustinus tradit: scribit enim ibi contra Manicheos, veterem legem damnantes: ostenditque, Christum non ventile legem solvere, sed adimplere; quatenus evident legem sacramenta, & caeremonias traxerit iuxta temporis diversitatem.

XXIII. Quaest. I. An sacramenta novae legis physice, vel moraliter gratiam ex opere operato producant? Resp. Sacramenta novae legis & continere gratiam, & eam ex opere operato producere, dehinc Concilium Tridentinum: idque haecenus breviter ostensum est: ad eius novatores. Disputant autem Theologi catholici, utrum physice, an moraliter divinam gratiam haec sacramenta producant. Quaestionem hanc, utpote mere scholasticam, & instituto meo parum utilem, paucis perstringam. Causa generatim accepta ea est quam effectus consequitur. Altera per abiciens, quae non infert in effectum, sed abique quae effectum parit. Haec rursus duplex: una physica, quae reali actione effectum producit; altera moralis, quae causam effectum movet, & allicit ad effectum producendum. Tandem utraque in principalem, & instrumentalem tribuitur. Principalis physica

fica vi propria; instrumentaliter vi aliunde accepta, effectum producit. Causa moralis principaliter intentione propria; instrumentaliter alterius intentione causam effectivam accipit ad opus.

XXIV. Thomam communiter cum S. Thoma propugnant, sacramenta novae legis physice concurrere ad gratiam producendam a Thomis accedunt plures Augustiniani. Cl. Magister Berri cum Agudio, & Argentina *Lib. XXX. cap. xv.* diligenter duplicem causam physicam instrumentalem, directam unam, indirectam alteram. Sacramenta instrumenta physica indirecta gratia asserit.

XXV. Sententiam S. Thomae, eiusque discipulorum probabiliorum existimo. Haec sunt illius praecipua argumenta. Deus hanc virtutem sacris symbolis communicare potuit; quemadmodum perit humanitatem hypostatica Verbo unire, eaque ut physico instrumento uti ad gratiam elargiendam; & miracula paranda; quemadmodum lutum ut physicum instrumentum adhibuit ad caecum illuminandum, quemadmodum igne materiali animas spirituales damnatorum physice torquet. Quidni ergo Deus potuit sacramentis virtutem communicare, vi cuius tanquam instrumenta physica, diuine suae omnipotentiae effectus producant? Quis est cetero fecit; cum sacramentorum dignitate maxime deest nobiliter producendi modus. Hanc doctrinam confirmat Catechismus Concilii Tridentini *Part. II. de sacramentis §. 27.* his verbis: *Quo pacto tanta res, & iam admirabile per sacramentum essentiat, ut, quomodo admodum S. Augustini sententia celebratio est, aqua corpus tangit, & car abluat, id quidem humana ratione, atque intelligentia comprehendit non potest. Constitutum enim esse debet, nullam rem sensibilem, scilicet naturae, ea vi praeditam esse, ut per se ad animam queat. At fides hominis cognoscimus, omnipotentis Dei virtutem in sacramentis inesse, qua id efficiant quod sua vi res ipsa naturales praestare non possunt. Quae doctrina haec est ex Concilio Tridentino can. vi. Si quis dixerit, sacramenta novae legis non continere gratiam quam significant, aut gratiam ipsam non potentibus obicem non conferre; & anathema sit. Et can. viii. statuitur, hanc gratiam sacramenta producere ex opere operato. Haec hinc testimonia probabiliorum physican quae moralem productionem praestant. Causa enim moralis, si proprie loqui velimus, nec continet, nec operatur, sed movet causam effectivam ad opus producendam. Hanc sententiam Sanctus Thomas con-*

ceptis verbis tradit *III. Part. quest. lxxi. art. II.* Cetera argumenta praeterea, cum obvia sint; quemadmodum & contraria Scotistarum, & aliorum obiecta.

XXVI. Quae II. *Quaenam sit gratia quam novae legis sacramenta conferunt?* Resp. Duplex a Theologis gratia distinguitur: habitus una, actualis altera. Haec motio transiens dicitur, quae anima ad pium opus excitatur: illa est quae permanens, & intrinsece inherens animae, quam sanctificat. Gratia quae sacramentorum vi confertur, est quid internum animae, intrinsece inherens, distinctum a motione fluente, & transitoria. Haec definitum est in Concilio Tridentino contra novatores, qui sola exteriori impuratione iustificari impios esse putant: quem errorem Concilium damnat *sess. vi. can. xi. si quis dixerit, homines iustificari vel sola impuratione iustitiae Christi, vel sola peccatorum remissione, exlicia gratia, & caritate, quae in cordibus eorum diffunditur, atque illis inheret; anathema sit. Item cap. vii. Iustus haec doctrina explicatur. In hoc impii iustificatione per Spiritum sanctum caritas dei diffunditur in cordibus eorum qui iustificantur, atque ipsi inheret &c. Definitum tamen non est, ut advertit Dominicus Soto *Lib. II. de grat. cap. xviii.* ab Ecclesia, gratiam hanc sanctificantem esse verum habitum, & veram qualitatem. Concilium, inquit, *confessio adhibuit a vocabulo habitus, ut rem esse non desiniret.* Idem asserit Melchior Cano *Lib. VII. de loc. Theol. cap. vi.* De fide ergo est caritatem, & gratiam sanctificantem esse quod intrinsece inherens; non autem esse in Philosophorum sensu verum habitum, & veram qualitatem.*

XXVII. Quae III. *An sacramenta, praeter gratiam sanctificantem, peculiarem aliquam gratiam, quae sacramentalis dicitur, conferunt?* Resp. Duplicem distinguat Theologus gratiam sanctificantem: unam omnibus sacramentis communem, alteram cuique propriam. Communis omnium sententia est, singula sacramenta praeter gratiam sanctificantem, omnibus sacramentis communem, & dona eidem annexa, peculiarem aliquam gratiam sacramentalem conferre. Nam quodlibet sacramentum confert gratiam convenientem fini ad quem institutum est. Haec vero gratia sacramentalis non est habitus distinctus a gratia sanctificante; sed est illa quoddam ad nova specialia auxilia obtinenda. Quod ius gratuitum est, utpote non in meritis nostris, sed in liberali, & omnino gratuita divina benevolentia, & misericordia.

dia fundatum. Notio illius gratiae sacramentalis, additae gratiae sanctificantis, donisque eidem annexis vix explicari potest. Gratia baptismalis regenerat hominem ad vitam novam, & spirituales, ut vitis, mundo, fatuam, & pomis, quibus renuit baptizatus, moriatur. Ideo gratia haec ius praebet ad obtinenda auxilia huic fini assequendo contentanea. Gratia itaque sacramentalis baptismi hominem illuminat ad vanas pompas, oblectamenta, illecebraeque mundi contemnendas, & larvae infidias repellendas. Gratia haec christianae professionis dignitatem, & vitae nostrae ad Christi Domini exemplar conformandae debitum ob oculos ponit, vireque ad id praestandum porrigit. Confirmatio ius praebet ad auxilia obtinenda quibus Christi fides, occasione data, coram tyranno progignetur. Renatus, & roboratus christianus homo divinae Eucharistiae epulo nutritur, & ad augmentum illius vitae consequendum auxilia obtinet. Penitentia animam agreditione laetam, subdita ad satisfactionem pro peccatis culpa Deo reddendam, & futura praevocanda mala suppeditat. Ex tremis incho in agone contra hostis tentationes fortes efficit; & corporis vires, prout anima expedit, instaurat. Ordinis gratia instruit ad sacra munia peragenda, divinumque cultum propagandum. Matrimonii gratia eos perit in agone contra hostis tentationes fortes efficit; & corporis vires, prout anima expedit, instaurat. Ordinis gratia instruit ad sacra munia peragenda, divinumque cultum propagandum. Matrimonii gratia eos perit in agone contra hostis tentationes fortes efficit; & corporis vires, prout anima expedit, instaurat. Ordinis gratia instruit ad sacra munia peragenda, divinumque cultum propagandum. Matrimonii gratia eos perit in agone contra hostis tentationes fortes efficit; & corporis vires, prout anima expedit, instaurat.

XXVIII. Quae IV. *Sacramenta novae legis conferunt ne eandem omnino aequalem gratiam omnibus?* Resp. Communis sententia est adfirmans, aequalem sacramenta conferre gratiam, quando eadem omnino est ex parte lucentium dispositio. Ratio patet: quia quodam causa eadem est, & eodem profluente modo disposita, & applicata, eandem partem effectum. Si diversa sint lucentium dispositiones, tum sacramenta ex opere operato diversam, maiorem nempe, vel minorem, gratiam conferunt. Id aperte colligit ex Concilio Tridentino *sess. vi. cap. vii.* ubi declaratur in baptizatis iustitiam recipi tantum mensuram quam Spiritus sanctus partitur singulis, prout vult, secundum propriam iustitiamque dispositionem, & cooperationem. Sacramenta agunt ut causa necessaria; quae quantum ad speciem determinatum effectum

habent, ad maior, aut minor gratiae productione perfectio ex maiori, aut minori dispositione illiusque sacramentum suscipit, pendet.

XIX. Quae V. *An sacramenta vivorum per accidens producere gratiam primam valeant?* Resp. Alia tunc sacramenta mortuorum, ut baptismus, & poenitentia, quae per se primam; alia vivorum, quae per se secundam gratiam conferunt. Prima gratia dicitur quo homini, eadem desituit, & peccata inquinata, confertur: secunda est quae datur homini iusto. Sacramenta vivorum per se hanc secundam gratiam conferunt. Disputant Theologi, utrum haec vivorum sacramenta per accidens conferre gratiam primam valeant. Negat P. Vasquez in *III. Part. disp. ccc. cum pluribus aliis; sed admittit communis, & vera sententia, quam docet S. Thomas III. Part. quart. lxxix. art. doct. 2. Praeterea tamen haec sacramenta operari remissionem peccati, & etiam perceptum ab eo qui est in peccato mortali, cuius conscientiam, & affectum non habet. Forte enim primo non fuit sufficienter contritus; sed devote, & reverenter accedens, consequitur per hoc sacramentum gratiam caritatis, quae contritionem perficit, & remissionem peccati. Ratio ipsa patet. Sacramenta iuxta naturam gratiam conferunt illis qui obicem non ponunt. At si quis ad Eucharistiam aliqua gravi culpa infectus, cuius potest diligens examen te reum in vincibiliter ignorat, accedat pietatis, & religionis affectu, nullum obicem ponit. Ergo hoc sacramentum producere gratiam in illo debet: non secundam, quia nullam in eo supponit ergo primam, per accidens quidem, & indirecte. Similiter duo sacramenta mortuorum per accidens conferre secundam gratiam valent: quandoquidem si quis perfecta contritione iustificatus accedat ad baptismum, aut poenitentiam, haec in hypothetico sacramenta illa gratiam primam, quam supponit, non conferunt, sed duntaxat eandem augent. Prima tamen gratia non daretur eo in caso sine voto baptismi, aut poenitentiae, ut clarius explicabitur suo loco.*

CAPUT IX.

De characteribus, quomodo imprimuntur aliqua novae legis sacramenta, & de discrimine sacramentorum novae & veteris legis.

I. Praeter effectum gratiae, quam omnia sacramenta evangelica, nisi ponatur obex, conferunt, tria, nempe baptismi confirmatio, ordo, imprimunt characterem.

Wiclefius, Lutherus, Calvinus, & ceteri novatores contendunt, nullum novae legis sacramentum tripinime characterem. Fabularum Innocentium III. inventorem esse illius dogmatis. Quem errorem damnavit Concilium Tridentinum sess. vii. can. ix. *Siquis dixerit, in tribus sacramentis, baptismo scilicet, confirmatione, & ordine, non tripinime characterem in anima, hoc esse signum quoddam spirituale, & indelebile, unde ea iterari non possunt; anathema sit.*

II. Catholici omnes, tamquam fidei dogma, propugnant, tria praedicta sacramenta characterem imprimere, & ideo haec sacramenta iterari non posse. Veritas haec, in Tridentina Synodo definita, est divinis Scripturis emittitur. S. Paulus II. ad Cor. 1. *Qui novit nos Dominus, qui & signavit nos, & dedit pignora spiritus in cordibus nostris.* Rufus E. Ebel. cap. 1. *In quo credentes signati sunt pignora promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostrae.* Et tandem cap. iv. *Nolite contemnere spiritum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis.* Percussit Patrum traditio eandem confirmat veritatem. S. Cyrillus in prelat. ad ceteros. *Magnus sane est propositum hoc baptisma, caritatis liberatio, peccatorum remissio, mors peccati, animae regeneratio, vestimentum caelestium, signaculum sanctum, & indelebile.* Idem catecheli iv. *Spiritus sanctus tempore baptismi animam obsequat.* Gratia autem non est signaculum indelebile.

III. S. Augustinus tract. vi. in Ioan. *Tene quod accepisti, non mutatur, sed agnoscitur: character est Regis mei, non ero facilius: corrigi deserviorum, non mutari characterem.* Item epist. clxxv. alias 1. *Quare ergo me non baptizas, ut abluas me a peccatis?* Respondet, *quia non estis inveniatur characteri Imperatoris, cum errorem corrigi deserviorum.* Tandem Lib. VI. contra Donatistas cap. 1. *Satis eluxit Passiois Ecclesiae catholicae tuo urbe diffusa, per quos postea plenarius Concilii auctoritate originali consensu signata est, etiam eorum qui foris errabant, & dominicum characterem a fallacibus depraedatoribus suis foris accipiunt, contentum ad christianae unitatis salutem, ab erroris corrigi, & caritatis libertatis, a vulnere sanatae characterem tamen dominicum in ea agnovit, potius quam improbandum.* Similia docent S. Basilii lib. xiii. S. Ioannes Chrysolomus orat. 11. in Epist. ad Epist. S. Epiphanius haer. vii. & ceteri Patres.

IV. S. Thomas III. Part. quae. lxxiii. sex articulis rem hanc illustrat. Artic. 1. con-

gruentem rationem cur imprimi characteris debeat, allegat inquires: *Quinimo ad aliquid certum deputatur, consequitur ad illud consequari, sicut miles qui adscribitur ad militiam, antiquique solebant quibusdam characteribus corporalibus insigniri, ea quae deputabantur ad aliquod corpus.* Porro christiani homines ad militiam spiritualem spectant, ad Dei cultum propagandum destinantur. Ergo spirituali signo distinguantur oportet. Signum autem illud indelebile esse, ex eo colligitur quod sacramenta quae illud imprimunt, iterari nequeant.

V. Quae. I. *Quid sit character, & quoniam illius proprietates.* Resp. Quaestiones non minus curiales quam multes solo calamo versant Theologi non pauci; ut characteris illius notionem exponant. Salmanticensis tract. 1. cap. vi. sapient instituit quaestiones. 1. querunt, num sit ens reale. 2. utrum sit in predicamento relationis, an referatur ad predicamentum qualitatis. 3. an pertineat ad tertiam speciem qualitatis. 4. pertineat ne ad quartam qualitatis speciem, seu ad figuram. 5. utrum collocandus sit in prima specie qualitatis. 6. utrum redud potest ad secundam qualitatis speciem per modum potentiae activae, vel passivae. 7. haec sit ne animae, an eisdem potentiae. Haec omnia solo calamo per distinctos §§. disputant. Durandus in 17. dist. 19. quae. 1. examinat characterem esse ens rationis, seu relationem rationis.

VI. Paucis dico, characterem non esse relationem, sive rationis, ut vult Durandus, sive reale, ut vult Scotus; sed quod reale absolutum, intellectui proxime haerens. Prima pars levis patet. Character est signum indelebile animae impressum. Hoc autem relationi rationis minime congruit. Quare opinio Durandi et fallax communitur reicitur. Similiter Scoti sententia falla est. Character enim producit, & imprimitur. Relatio autem est fundamentum, & terminus relictus. Est itaque character aliquid reale absolutum, permanens indelebiter in anima. Si autem quaeratur, in qua categoria continentur character sit; responderet S. Thomas loc. cit. art. 2. *Sicut virtus quae est in Sacramento, non est in genere per se, sed per reductionem, eo quod est quiddam fluxus, & incompletum: ita etiam character non proprie est in genere, vel specie, sed reductus ad secundam speciem qualitatis.* Docet vero ibidem art. 4. S. Doctor, characterem proxime & immediate haerere intellectui. Character, inquit, est quoddam signaculum, quo anima inscribitur ad

scribitur

inscribendum, vel alius tradendum ea quae sunt divini cultus. *Divinus autem cultus in quibusdam actibus consistit. Ad actus autem, quoslibet ordinatur potentia animae, sicut essentia ordinatur ad esse. Et ideo character non est, sicut in subiecto, in essentia animae, sed in sua potentia.* Si plura cupis, lege ipsum S. Doctorem, qui omnia quae desiderari possunt hac de re, perspicue exponit.

VII. Quae. II. *Quomodo differant sacramenta novae a sacramentis legis veteris?* Resp. Omnes faterentur, sacramenta evangelica discrepare pluribus titulis a sacramentis mosaicis, ut in ritibus, in caeremoniis externis, in numero, aliisque pluribus. Id quod in disputationem potissimum vocatur, est, utrum haec duo sacramentorum genera differant in gratiae productione: & in hoc puncto dissident Theologi. Alii censent, sacramenta mosaica gratiam produxisse ex opere operato; alii contendunt, neque ex opere operantis illam contulisse.

VIII. Communis & vera sententia haec est. Verae sacramenta non ex opere operato, sed ex opere operantis gratiam producant. Plurima sunt Scripturarum oracula ex quibus haec veritas habetur. S. Ioannes cap. 1. *Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum.* S. Paulus ad Hebraeos x. *Umbram habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum.* Rufus ad Galatas iv. *Quomodo convertimini iterum ad infirma & egena elementa?* Et tandem de sacrificiis & sacramentis generatim ad Hebr. ix. haec scribit: *Munera, & hostia offeruntur, quae non possunt iuxta conscientiam perfectum facere servientem, solummodo in cibis, & in potibus, & variis baptismibus, & iustis carnis. . . Sanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulae aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis.* Et cap. x. *Impossibile enim est sanguine taurorum, & hircorum auferri peccata. Ideo ingrediens mundum dicit: Hostiam, & oblationem voluisti; corpus autem aptavi mihi: holocaustata pro peccato non tibi placentur.*

IX. Heic collat quam impudenter more suo blateret Calvinus Lib. IV. Instit. cap. xxiv. §. 23. ubi in Scholasticos invehitur eorum illud dogma quo tam longam discrimen illud veteris, ac novae legis sacramenta notantur, perinde ac si illa non aliud quam Dei gratiam adimplerent, haec vero praesentem conferant. Paria ergo cum novis vetera sacramenta efficere Calvinus audeat? Scholasticum dogma vocat doctrinam Apostoli Pauli

Conc. Theol. Tom. VIII.

qua luculentis sacramenta evangelica excellentiora mosaicis declarantur? Innumera sunt Patrum testimonia quibus insignitur, sacramenta vetera non produxisse gratiam ex opere operato. S. Thomas III. Part. quae. lxxiii. art. 6. propositum sententiam perspicue tradit. *Sic ergo patet quod sacramenta veteris legis non habent in se aliquam virtutem qua operantur ad conferendam gratiam insipientem; sed solum significabant fidem, per quam iustificabantur.*

X. Nulla vera ratio istius discriminis praeter divinam voluntatem assignari potest. Congruentiam dumtaxat loc. cit. assignat S. Thomas. Omnis iustificatio est, sicutque per Christum. Consentaneum autem est ut nobiliori modo sanctificet animas Christus praesens, ac sanctificetur Christus futurus; cum res praesentes efficacius agant quam futurae; res quippe futurae non agunt nisi quatenus intentionaliter per actum animae apprehenduntur, eo modo quo finis per cognitionem movet; res vero praesentes physice operari valent. Igitur in veteri lege Christus Dominus sanctificabat, quatenus apprehensus per fidem futurus. Quare sacramenta vetera erant protestationes fidei, quae fideles in Christum futurum credebant. Haec est mera congruentia, cum Deus possit effectum passionis virtute Christi illorum sacramentorum usu repleta gratiam conferre. Vetera itaque sacramenta non ex opere operato, sed ex opere operantis, seu ex fide, & pietate aut ministrantis, aut percipientis sacramentum, gratiam conferant.

XI. Quae. III. *Utrum circumcisio ex opere operato remittat peccatum originale?* Resp. Peculiariter de circumcisioe Theologi controversiam instituerunt. Plures non improbabiler contendunt, circumcisioem haudquaquam institutam fuisse in peccati originalis remedium. Quoniam Gen. cap. xvii. haec habentur. *Circumcidiatur ex vobis omne masculinum, & circumcidiatis carnem praepitii vestri, ut sit signum foederis inter me & vos.* Nulla hic peccati originalis delendi mentio. Contrariam sententiam probabiliorum existimo, quam aperte docent S. Augustinus, S. Thomas, & communiter Thomistae. S. Augustinus Lib. II. deempt. & concupisc. cap. xi. haec scribit: *Ex quo enim instituta est circumcisio in populo Dei, quod erat tunc signaculum iustitiae fidei, ita ad significationem purgationis vocabatur & in parvulis originaliter, veteris quoque peccati; sicut & baptismus est illo valere capere ad remissionem hominis, ex quo est institutus: non quod autem circumcisioem in-*

C

stituta

stia fidei nulla erat. . . . sed superioribus temporibus omni modo laicit sacramentum iustificationis ex fide. Vide plura Lib. XVI. de Civit. Dei cap. xxvi. & xxvii. S. Thomas III. Part. quæst. lx. art. 4. inquit: *Ad omnibus communitur pontus, quod in circumcissione peccatum originale remittebatur.*

II. Circa modum quo circumcisio remittebatur peccatum originale, Scotus docet id præstitisse ex opere operato. Contrariam sententiam docet S. Thomas loc. cit. his verbis: *In circumcissione autem conferatur gratia, non ex virtute circumcissionis, sed ex virtute passionis Christi cuius signum erat circumcisio; ita scilicet quod homo qui accipiebat circumcissionem, proferebatur se suscipere talem fidem, vel aditus pro se, vel aditus pro alio.* Plura sunt & Scripturarum, & Patrum testimonio qua doctrinam hanc confirmant, quæque brevitas studio prætereo.

CAPUT X.

De auctore, & institutore sacramentorum.

I. Anequorum Scholasticorum aliqui docuerunt, Apostolos ex Christi concessione aliqua instituisse sacramenta presertim confirmationem, & extremam unctionem. Plures nunc, & quidem graves Theologi, ut Bellarmius, Valquez, Becanus, & alii docent, de fide esse, omnia sacramenta Christum Dominum immediate per se ipsum instituisse. Alii negant id esse de fide; quamvis adfirmet ipsum respice omnia sacramenta immediate instituisse; & qui oppositum sentiret, fortassis temeritate non vacaret. Ita docent Soto, Estius, Suarez, & hodie communis sententia est.

II. Dicendum igitur, Christum Dominum omnia & singula sacramenta novæ legis immediate per seipsum instituisse. Hoc aperte docent Scripturæ divinæ, quarum testimonio supra recensui, dum sacramenta novæ legis septem esse declaravi. Apostoli ipsi ministris se, non institutores sacramentorum appellant. S. Paulus inquit I. Cor. III. *Quid est Apollo? Quid vero Paulus? Ministri eius est Apollo?* Et rursus cap. iv. *Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.* Et S. Petrus Epist. I. cap. iv. omnes Apostolos vocat *dispensatores multisiformis gratiæ Dei.* Accedit traditio Patrum. S. Ambrosius Lib. V. de Sacram. cap. xv. inquit: *Ergo auctor sacramentorum quis est nisi Dominus Iesus? De celo ista sacramenta venerunt.* S. Augustinus de vera Religione

cap. xvii. *Ab ipsa Dei sapientia, homine asumpto, a quo in libertatem vocati sumus, a pœna saluberrima constituta sunt, qua societas christianæ populi, hoc esse sub uno Deo libere multitudinis, continerent.* Tandem Concilium Tridentinum sess. vii. can. 1. si qui dixerit, sacramenta novæ legis non fuisse omnia a Iesu Christo Domino nostro instituta, anathema sit. Et de extrema unctione sess. xiv. can. 1. hæc decernit. *Si quis dixerit, extremam unctionem non esse verum & proprium sacramentum, a Christo Domino nostro institutum, & a Beato Iacobo Apostolo promulgatum, anathema sit.* Adeo loculenti sunt canones isti, ut vix percipere valeam, quomodo, salva fide defendi possit, sacramentorum aliquod ab Apostolis institutum fuisse. Idcirco mihi probabilior est sententia Bellarmii, & aliorum, de fide nempe esse, omnia sacramenta novæ legis instituta fuisse immediate a Christo Domino. Nam si Apostoli aliquod sacramentorum instituisset, revera Christus non esset omnium sacramentorum conditor. Concilium autem definit, omnia sacramenta condita esse a Christo Domino. Nec est quod reponatur, Christum dici omnium sacramentorum institutorem, quatenus ipse potestatem tradidit Apostolis aliqua instituti sacramenta. Nam hæc inferatur, Christum res ipsa non esse institutorem. An quicumque unquam docuit, Apostolos propria potestate instituisse sacramentum aliquod? Omnes illi qui asserunt, Apostolos aliquod instituisse sacramentum, docebant id præstitisse potestate sibi a Christo communicata. Cum ergo Concilium definiat, omnia sacramenta Christum Dominum instituisse, perspicue excludit ab hac institutione Apostolos, & Christum Dominum illa immediate candidè constituit.

III. Ratione eadem veritas confirmatur. Deus per se & immediate instituit sacramenta veteris legis, quæ erant ægæa elementa. Ergo potiori iure instituit omnia sacramenta novæ legis, cum sint perfectiora, & abundantiora dona efficiant. Præterea quis elemento sensibili vim animam sanctificandi, quis aquam, oleum, panem ad gratiam conferendam elevare, nisi solus Deus, valet? Tandem Iesus Deus adificator Ecclesie est: solus Deus fidei articulorum conditor est. Ergo solus Deus institutor est sacramentorum, quæ sunt sacra illa symbola quibus divinum ædificium munitur, obfignatur, atque perfectitur.

IV. Non contenti Scholastici plures ea explanare quæ Deus fecit, ultra ad disputandum pergunt, num communicare saltem Deus

possit

possit simpliciter creaturæ instituti sacramenta potestatem. Sententiam negantem Scotus, Gaubert, Durandus, Valquez, & alii; adfirmantem Thomæ, Suarez, Valentia, Vescidiani omnes, pluresque alii delectant. Quid abuteret, si controversiam hanc disputandam susciperent. Triplicem distinguo potestatem: auctoritatis, quæ soli Deo convenit; excellentiæ, quæ humanitatis Christi propria est; ministris, seu delegata Ecclesie ministris, qui eadem infrastructa, sacramenta a Christo instituta perficiunt, & dispensant. Potestatem auctoritatis non posse creaturæ impertiri, docent omnes, cum hæc solius Dei propria sit. At quod Deus possit excellentiæ potestatem creaturis communicare, docent S. Thomas III. Part. quæst. lxxv. art. 4. *Potest ministris communicare, dando scilicet eis tantam gratiam pœnitentiæ, ut eorum meritum operaretur ad sacramentorum effectus, ut ad invocationem nominum ipsorum sanctificarentur sacramenta, & ipsi possent sacramenta instituire, & sine ritu sacramentorum effectum sacramentorum conferre solo imperio.* Subdit tamen ad 1. res ipsa hæc Deum potestatem excellentiæ non communicare Ecclesie ministris propter fidelium utilitatem, ut in hominibus spem poneret, & ne essent diversa sacramenta, ex quibus diversis in Ecclesia viveret; sicut apud illos qui dicebant: *Ego sum Paulus, ego autem Apollo, ego vero Cephas.* Quæ contra hæc dicta opponi solent, prætereo, cum non sit pretium opera ea expendere.

CAPUT XI.

De sacramentorum ministris.

Plura scitu necessaria de sacramentorum ministris dicenda occurrunt: idcirco caput illud in sequentes §§. tribuo, ut quæ disputari a Theologis de ministrorum institutione, ad gratiæ productionem, de illorum intentione, fide, & probitate solent, exposere clarius valeam.

§. I.

Sacramentorum ministri, ad causæ instrumentales, active cum ipse sacramentis conferunt ad sanctificationem. Solum homines viatores sunt sacramentorum ministri.

I. Si ipsa sacra symbola divina virtute elevari ad gratiam producendam, non est cur hæc prerogativa ipsis ministris denegetur. Sed factum divinis Scripturis exi-

tendum est. Minister sacramenti poenitentiae vere absolvit a peccatis, ut habetur Ioann. xx. *Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Rationem congruam præbet S. Thomas III. Part. quæst. lxv. art. 1. ubi inquit: *Homo potest operari ad interiorum effectum sacramenti, in quantum operatur per modum ministris. Nam eadem ratio est ministris, & instrumentis: utriusque enim actio exterior adhibetur, sed sortitur effectum interiorum ex virtute principis agentis, quod est Deus.* Porro sacramenta sunt causæ instrumentales effectrices sanctificationis nostre. Ergo etiam ministri eadem sacramenta ministrant. Excipitur tamen Eucharistia sacramentum, quod non consistit in usu. Elapsa enim ministris adione, consistit sacra symbola, seu species, sed quibus vere, & realiter corpus Christi continetur: Scilicet sacramenti sumpto gratiam conferunt elapsam ministris adionem. Cetera sacramenta, quæ in adione conditura sunt, simul cum adione ministris unam constant, causam instrumentalem ad sanctificationem producendam.

II. Solus homo viator, sed non omnis, est ordinarius, & idoneus minister sacramentorum. Id exprimitur ex divinis Scripturis. *Accipite spiritum sanctum; quorum &c.* Ioann. xx. Et Paulus I. Cor. iv. *Sic nos existimet homo ut ministros Christi &c.* Item II. Cor. III. *Qui nos idoneos ministris novi testamenti fecit.* Rursus Hebr. v. *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis: qui condolare possit his qui ignorant, & errant, quoniam & ipse circumdatus est infirmitatibus &c.*

III. Quid si Angeli, assumpto visibili corpore, sacramenta ministrarent? S. Thomas III. Part. quæst. lxxv. art. 4. respondet: *Solendum tamen, quod sicut Deus virtutem suam non alligavit sacramentis, quia possit sine sacramentis effectum sacramentorum conferre, ita etiam virtutem suam non alligavit Ecclesie ministris, quia etiam Angeli possunt virtutem tribuere ministrandi in sacramentis: Et quia boni Angeli sunt nulli veritatis, si aliquid sacramentale ministrarent a bonis Angelis proficerent, esset ratum habendum: quia deberet consistere hoc fieri voluntate divina; sicut quædam templa dicuntur angelico ministerio consecrata. Si vero demones qui sunt spiritus mendaces, aliquid sacramentale ministrarent exhiberent, non esset ratum habendum. Si sancti comprehenderent, corpore per miraculum assumpto, se visibiles præberent, ministrare hi sacramenta possent; ut indicare*

C 2

S. Tho.